Noverint universi Quod Nos Blancha uxor Bartholomei Riba quondam de Campoderano prochie de Sancta Eulalia de Costa Gerunde Franciscus Riba dictorum coniugum filius ac heres universalis dicti quondam patris mei et Margarita uxor ipsius Francisci [illegible]
vi dolo seu metu inducti nec errore lapsi seu ab aliquo seducti Sed nostro proprio motu et spontanea voluntate certi quod nostra super hiis precisa cognicia et diligencia inspecta per nos et omnes heredes et successores nostros vendimus et titulo pure et perfecte vendicionis concedimus et tradimus
seu quasi vobis venerabili et religiose domine Francine Sarrayna monjali et sacristane Monasterii sancti Danielis extra muros Gerunde licet absenti et notario [illegible] consensu et voluntate Reverende domine Francisce dei gracia abbatisse et conventus dicti Monasterii [illegible] de pecunia et bonis
dicte Sacriste Et de illis Quindecim libris monete barch(inonensis) de terno que processerunt ex redempcione servitutis hominum et mulierum mansi Sarroma dicte prochie sancti Danielis et dicte Sacriste et vestris successoribus in dicta sacristia et quibus volueritis imperpetuo libero et francho
alodio franco tamen [illegible] preparacione solidorum sive terciis laudimiis et foriscapiis et alio directo dominio Quindecim solidos [illegible] annuales rendales censuales et perpetuales Quos vos et vestri successores imperpetuo habeatis et percipiatis ex et super omnibus et singulis
bonis et iuribus nostris et cuiuslibet nostrum insolidum mobilibus et immobilibus privilegiatis et non privilegiatis presentibus et futuris ubique [illegible] quolibet imperpetuo per hos terminos sive soluciones [illegible] in die [illegible] anni proxime venientis medietatem et
alteram medietatem hinc ad unum annum proxime venientem Et sic postea de inde successive annuatim de medio in medium anni medietatem Allatos positos et portatos nostris et nostrorum propriis sumptibus et expensis intus [illegible] dicti monasterii Et in absencia seu defectu vestri et
vestrorum eisdem depositos in aliqua tabula campsorie Gerunde assecurata vobis et vestris et quibus volueritis imperpetuo reddendos et [illegible] pure libere et absolute et absque compensacione et retencione aliqua et impedimento quocumque [illegible] faciatis apocam de
soluto Et predictas soluciones dicti censualis promittimus quilibet nostrum insolidum facere attendere et complere libere et quiete de medio in medium anni ut est dictum Et hoc sub pena tercii [illegible] Curie Regie Gerunde aut alterius cuiuscumque Curie ad quam propremissis recursus habeatur
adquirendi pro qualibet solucione cessata in toto vel in parte post tamen requisicionem decem dierum Ad quam penam tercii et ad dictas soluciones censuales predicti predictos terminos ut dictum est faciendas et solvendas omnia et singula et in [illegible] tam mobilia quam immobilia
privilegiata et non privilegiata [illegible] privilegiata sunt ut puta vestes pannos lectorum utensilia domus et [illegible] animalia aratoria et alia omnia et singula bona et iura nostra et cuiuslibet nostrum insolidum privilegiata et non
privilegiata presentia et futura ubique vobis dicte emptrici et vestris [illegible] imperpetuo obligamus submittimus et assignamus pleno iure [illegible] ad verum vestrorumque bonum et sanum intellectum [illegible] Quam vendicionem dictorum quindecim solidorum annualium
censualium et perpetualium vobis et vestris et quibus volueritis facimus imperpetuo ut est dictum precio videlicet Quindecim librarum prefate monete quas a vobis confitemur habuisse et recepisse numerando Et ideo renunciando excepcioni pecunie non numerate non habite et non recepte et
doli Donamus et scienter remittimus vobis nomine predicto et [illegible] imperpetuo donacione et remissione irrevocabili inter vivos si plus predicta que vobis vendimus nunc valent aut valebunt plus de cetero precio precontento Renunciantes quoad hec scienter legi qua de-
ceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur et omni alii iuri hiis obvianti Constituentes nos predicta que vobis vendimus pro vobis vestrorumque nomine possidere vel quasi donec inde corporalem acceperitis possessionem seu quasi Quam liceat vobis et vestris quandocumque vo-
lueritis accipere et eam penes vos et vestros successores et quos volueritis imperpetuo licite retinere Cedendo nichilominus et dando vobis et vestris et quibus volueritis imperpetuo in predictis omnia loca et iura nostra omnesque voces vices rationes et actiones nostras reales et personales mixtas utiles et direc-
tas ordinarias et extraordinarias ac rei persecutorias et alias quascumque nobis in predictis pertinentia et pertinentes pertinereque debentia et debentes quoquomodo Quibus iuribus et actionibus supradictis possitis vos et vestri et quos volueritis imperpetuo super predictis uti agere et experiri in iudi-
cio et extra iudicium tam in agendo quam in defendendo quam in cunctis aliis modis et contra cunctas personas prout et quemadmodum nos facere poteramus ante huiusmodi vendicionem et presentem cessionem Constituentes etiam et facientes vos et vestros et quos volueritis imperpetuo in predictis procurato-
res et dominos ut in rem vestram propriam ad faciendum inde vestras et vestrorum voluntates Promittimus etiam vobis dicte emptrici et vestris predictis quod vobis vendimus vos et vestros successores et quos volueritis imperpetuo pro proprio libero et francho alodio facere habere tenere percipere
et possidere in sana pace et semper contra cunctas personas Et inde vobis et vestris firmiter tenere promittimus quilibet nostrum insolidum de evictione omnique dampno missionibus et interesse litis et extra Et si forte questio aliqua peticio vel demanda vobis seu vestris per aliquos
seu aliquos facta vel mota fuerit in predictis Et propredictis omnibus et singulis ac etiam infrascriptis attendendis firmiter et complendis ac pro firma et legali evictione et interesse eorundem obligamus vobis et vestris quilibet nostrum insolidum Renunciantes [illegible]
[illegible] omnia bona nostra et cuiuslibet nostrum insolidum mobilia et immobilia privilegiata et non privilegiata ubique habita et habenda Renunciantes super hiis scienter beneficio cedendarum et dividendarum actionum et novarum constitucionum Necnon et nos dicte
Blancha et Margarita de iuribus nostris plenarie certiorate per notarium [illegible] renunciamus super hiis scienter beneficio Senatusconsulti Velleiani et iuri ypothece nostre et autentice si qua mulier et omnes insimul omnique alii iuri usui racioni et consuetudini contra hec re-
pugnantibus Et hec nos Anthonius Sponaya alias Riba prochie [illegible] Johannes Suardell prochie de Juyano Franciscus Vitalis de [illegible] prochie de Matamagna et Michael Rocha prochie sancti Poncii de prope Gerundam gratis et ex certa sciencia precibus et amore dictorum
principalium venditorum insimul nos et quemlibet nostrum insolidum [illegible] et principales venditores pacatores et solutores vobis dicte emptrici et vestris succedentibus in dicta sacristia et promittimus quilibet nostrum insolidum quod predictum censuale et eius annuas pensiones ut superius
continetur faciemus vos et vestros successores imperpetuo habere tenere percipere et possidere in sana pace et semper contra cunctas Et vobis et vestris inde firmiter tenere promittimus de evictione omnique dampno missionibus et interesse litis et extra et etiam de omnibus et singulis supradictis et
infrascriptis una videlicet cum dictis principalibus nostris et sine eis in vita pariter et in morte Et propredictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis ac pro firma et legali evictione et [illegible] predictorum [illegible] nostrum insolidum Renunciantes ut supra
obligamus vobis et vestris omnia bona nostra et cuiuslibet nostrum insolidum mobilia et immobilia ubique presentia et futura Renunciantes scienter super hiis beneficio dividende actionis et nove constitucionis et epistole divi [illegible] Et legi sive iuri dicenti quod prius conveniatur principa-
lis quam fideiussor et omni alii iuri hiis obvianti Volentes nichilominus et expresse consentientes nos omnes prenominati tam principales quam fideiussores vobis dicte emptrici et vestris [illegible] pacto [illegible] hiis [illegible] et convento quod si forte vobis aut vestris
[illegible] cessatum fuerit in solucionibus dicti censualis aut in aliqua earundem in toto vel in parte incontinenti ipsa solucione cessata vel postea quandocumque volueritis aliqua iuris sollempnitate minime expectata nec querimonia nec recognicione facta nec alio
aliquo Curie strepitu fiat execucio contra nos et nostros et bona nostra et nostrorum et cuiuslibet nostrum et eorum insolidum tam mobilia quam immobilia et tam privilegiata quam non privilegiata ubicumque sint et ubicumque [illegible] vos vel vestri hoc duxeritis aut duxerint requirendum
Et captis pigneribus propredictis incontinenti absque aliquo temporis spacio et intervallo ipsa pignora vendantur et vendi possint et habeant plus offerenti seu offerentibus taliter quod incontinenti ex precio ipsorum pignorum habeatis vos et vestri solucionem sive soluciones
tunc temporis cessatam et cessatas ex censuali predicto et omnes missiones dampna et interesse si quas vel si que vos vel vestri feceritis aut sustinueritis in iudicio vel extra premissorum occasione quoquomodo Et hec fiant et fieri habeant pacto convento [illegible] quociens-
cumque in solucionibus dicti censualis vel aliqua earundem in toto vel in parte cessari contigerit quoquomodo Et non possimus nos vel nostri dicere ponere seu etiam allegare in iudicio et extra quod executor publicus seu curia deberet pignora recto tempore capta tenere antequam subhasta-
rentur vel quod idem executor seu curia deberet ipsa pignora recto tempore subhastare antequam venderentur vel quod ipsa pignora non deberent in brevi tempore aut tali vel tam modico precio distrahi sive vendi nec aliquas alias excepciones vel defensiones opponemus nec oppo-
ni faciemus de iure vel de facto directe vel indirecte aut alias quoquomodo quominus predicta execucio fieret prout superius prefertur Quoniam nos pro nos et nostros quantum ad predicta omnia et singula et etiam infrascripta efficaciter observanda tam spacio decem dierum [illegible]
omnis sex et triginta dierum qui dantur post querimoniam factam quam spacio decem dierum quibus executor publicus seu curia deberet ipsa pignora publice subhastare antequam vendantur et spacio Sex mensium quod datur debitoribus pro honoribus vendendis et spa-
cio quatuor mensium quod datur [illegible] condempnatis in personali accione et spacio quinquennali quam omnibus hiis et singulis aliis spaciis dilacionibus excepcionibus et aliis quibuscumque a iure vel consuetudine aut alias qualitercumque introductis et introducendis ac
aliis omnibus et singulis quibus contra predicta vel infrascripta aut eorum aliquod venire possemus vel propter quas seu que predicta execucio posset in aliquo impediri seu etiam retardari Ex certa sciencia et consulte renunciamus pacto convento penitus
de presenti Quam generalem renunciacionem tantum valere volumus ac etiam operari in hac parte quantum si specialiter et nominatim [illegible] iuri legi [illegible] usui racioni et consuetudini contra predicta vel eorum aliquod facienti seu facientibus quoquomodo esset per nos specialiter et expres-
se renunciatum Preterea ad maiorem predictorum et infrascriptorum securitatem promittimus vinculo iuramenti per nos infrascripti vobis dicte emptrici et vestris [illegible] sub pena tercii solidorum dicte monete quam penam nobis et heredibus et successoribus nostris ex certa
sciencia et sponte imponimus cum hoc publico instrumento quod si et quocienscumque vobis aut vestris cessatum fuerit in aliqua vel aliquibus solucione vel solucionibus huius censualis in toto vel in parte nos et heredes et successores nostri [illegible] ad monicionem decem dierum
vos vel vestros [illegible] factam verbo tantum vel litteris aut alias intrabimus intrabuntque dicti universales heredes infra muros veteres civitatis Gerunde et in ibi tenebimus et tenebunt vobis et vestris hostagia propremissis prout hostagia sunt ibi teneri assueta Sic quod inde non
exiemus nec exibunt nostris vel eorum propriis pedibus vel alienis nec aliquo alio ingenio arte vel modo absque vestri vel vestrorum licencia et voluntate donec vobis et succedentibus vestris in dicta quaque solucione seu solucionibus dicti censualis et missionibus et singulis missioni-
bus dampnis et interesse ac penis fuerit plenarie et integre satisfactum Quam penam tercii solidorum amittamus nos et amittant [illegible] heredes et successores et quilibet nostrum et eorum insolidum qui intrare et tenere cessaverimus cessaverint et cessaverit hostagia antedicta
Que pena [illegible] dantur et ad quam recursus habeatur propremissis quo ad medietatem et vobis dicte emptrici et vestris succedentibus quo ad aliam medietatem ipso facto et singulis diebus quibus contrafactum fuerit adquiratur ac etiam applicetur Volentes nec [illegible] nos vel nostri here-
sub pena predicta atque vinculo iuramenti subscripti quod si vos dicta emptrix vel vestri succedentes porrogaveritis aut porrogaverint nos vel nostros heredes et successores semel aut plures a dictis hostagiis tenendis quod incontinenti lapso termino talis elongamenti nos vel nostri here-
des et successores teneamur et teneantur sine aliqua alia monicione et requisicione et absque aliqua iuramenti prestacione et reformacione dicta hostagia redire et ea tenere iuxta modum prefatum et hoc tantum et tamdiu donec in unaquaque solucione dicti censualis et om-
nibus et singulis missionibus dampnis et interesse ac penis fuerit vobis vel vestris plenarie et integre satisfactum Promittimus insuper vobis eidem emptrici et [illegible] vestris vinculo iuramenti infrascripti et sub pena Quinquaginta solidorum monete prefate a nobis et a quolibet
nostrum insolidum die qualibet qua contrafactum fuerit [illegible] exhigenda et dicte curie ad quam inde recursus habebitur quo ad medietatem et vestris pro adaltera medietate adquirenda quod nos vel nostri non firmabimus nec firmabunt vobis [illegible] vel vestris [illegible]
litem intrabimus nec intrabunt nec ferias nec indicias petemus nec petent neque libellum cessionis bonorum offeremus seu offerent nec ad ipsius cessionis beneficium recurremus vel recurrent nec aliqua excepcione compensacione [illegible] malicia seu [illegible]
iure vel de facto opponemus vel opponet propter quam seu quod possemus aut possent solucione sive soluciones dicti censualis in toto vel in parte differre vel alias super premissis vel eorum aliquo [illegible] nos vel eos iuvare nec impetrabimus vel obtinebimus nec impetra-
bunt vel obtinebunt graciam aliquam provisionem privilegium elongamentum supersedimentum aut guidaticum ab Illustrissimo domino rege Aragonum vel ab Illustrissima domina regina eius consorte nec ab illustribus suis liberis seu procuratoribus nec ab aliqua
alia persona humili vel excelsa etiam si sit ecclesiastica vel secularis cuiuscumque [illegible] status gradus dignitatis aut condicionis existat potestatem habente vel habitura talia [illegible] faciendi et concedendi in preiudicium [illegible] vel retardacionem huius censualis nec si [illegible]
[illegible] eisdem aut alicui earum aut vobis dicte emptrici vel vestris [illegible] quod procederent motu proprio et ex mera liberalitate concedentis Quequidem pene [illegible] et exhigi possit quociens per nos aut nostros heredes et successores fuerit [illegible] premissis fu-
erit contrafactum Et dictis penis commissis vel non solutis vel non semel aut plures sive graciose remissis nichilominus omnia et singula supra et infrascripta sint et remaneant in sua plenissima firmitate et ad eorum observacionem nos efficaciter teneamur Re-
nunciantes scienter super hiis omni iure et profermento eisdem litem intrande et causa ducende libelli oblacioni indicias assignacioni et eius officio cessionis bonorum beneficio et libello ac [illegible] ipsius cessionis et omnibus et singulis feriis indiciis spaciis dilacionibus excepcioni-
bus et defensionibus quibuscumque a iure vel consuetudine aut alias qualitercumque introductis et introducendis et omnibus etiam graciis privilegiis elongamentis provisionibus et supersedimentis ac guidaticis impetratis et impetrandis obtentis et obtinendis tam generali-
ter [illegible] et omnibus et singulis quibus contra predicta vel eorum [illegible] aliquod venire possemus Renunciamus pacto convento penitus de presenti Renunciamus insuper hiis scienter cuilibet legi sive iuri [illegible] prohibenti personam liberam pro debito capi non posse et alii legi sive iuri
vel hostagiis aut alias pro pena [illegible] legi sive iuri prohibenti penam dari et solvi et restitucionem missionum dampnorum et interesse fieri et alii legi sive iuri [illegible] pena semel exacta amplius peti seu exhigi non posset et alii legi sive iuri
[illegible] predicto omnium indiciarum et feriarum renovandi domini et alii legi sive iuri [illegible] nos et quemlibet nostrum ac bona et iura nostra et cuiuslibet nostrum compellere seu ad quam recursum habere vo-
dicenti quod qui sunt [illegible] solvendo interesse liberentur ab ipsa promissione Renunciamus etiam super hiis scienter foro nostro proprio et legi [illegible] et quemlibet nostrum ac bono et iura nostra et cuiuslibet nostrum [illegible]
habeat forum [illegible] et submittimus nos et quemlibet nostrum insolidum et bona et iura nostra quo ad hec foro iurisdiccioni et districtui cuiusvis Curie [illegible] de predictis vel aliquo predictorum [illegible]
lueritis pro premissis Preter hec volumus et concedimus vobis dicte emptrici et [illegible] vestris pacto convento quod si forte per nos vel nostros allegaretur solucio aliqua de predictis et incontinenti non ostenderetur publicum instrumentum [illegible]
dictorum facta nisi eam incontinenti probaremus aut probarent per publicum apoche instrumentum factum per notarium regium publicum atque notorium [illegible] Et etiam volumus et expresse consentimus vobis dicte emptrici et vestris quod vos vel vestri [illegible]
quod inde nos vel nostri non audiamur nec audiantur ymmo omnis audiencia nobis et nostris super hiis penitus sit sublata [illegible] in penis missionibus et aliis quibus ex causis premissis teneamur fuerit plenarie et integre satisfactum [illegible]
apocam vel apocas facere et firmare de pensionibus seu solucionibus dicti censualis donec vobis vel succedentibus vestris [illegible] ac sic sentencia iudicis competentis que transivisset in rem iudicatam [illegible]
et successores [illegible] et condempnatis omnibus et singulis supradictis [illegible] foro nostro proprio ac ipsius fori privilegio et submittimus nos et bona nostra quo ad hec foro et districtui [illegible]
dicti tam principales quam fideiussores Renunciamus super hiis scienter foro nostro proprio ac ipsius fori privilegio [illegible] Preterea ad maiorem cautelam per vos dictam emptricem et vestros succedentes habendam de premissis nos omnes prenominati tam principales quam fideiussores facimus [illegible]
[illegible] Guillermum Benedicti sapientem Curie Regie Gerunde [illegible] ad comparendum [illegible] in curia Regia Gerunde et recipiendum in curia officialatus et ad componendum pro nobis et quolibet nostrum insolidum [illegible]
nas missiones [illegible] et expensas quascumque premissorum preterea nostro nomine solvere promittendum sub pena tercii et similis quibuscumque penis de quibus vobis videbitur Et personas nostras predictorum omnium tam principalium quam fideiussorum omnia bona nostra et cuiuslibet
nostrum insolidum presentia et futura ubique obligandum Et iussum et ius ac precepta de solvendo suscipiendum beneficioque restitucionis in integrum et omni appellacionis remedio et aliis remediis excepcionibus et defensionibus super similibus necessariis et solitis renunciandum et cau-
Et de et super predictis obligacionibus quemcumque volueritis instrumentum et scripturas cum illis pactis promissionibus penis et bonorum obligacionibus iurium legum et beneficiorum quorumcumque ac fori renunciacionibus iuramentis [illegible] clausulis et cautelis [illegible] libere faciendum et
lis necessariis et opportunis ac [illegible] super similibus poni solitis tam de consuetudine quam de iure faciendum et firmandum Et generaliter omnia alia et singula in predictis et circa predicta et super dependentibus seu emergentibus ex eis donandum
exercendum ac procurandum que in premissis necessaria fuerint de certa et quomodolibet oportuna que nos facere possemus personaliter constituti Nos enim super premissis omnibus et singulis et super dependentibus seu emergentibus ex eis damus
et conferimus vobis dicto procuratori nostro plenam et liberam potestatem Committentes plenarie vices nostras cum plenissima familiari Promittentes vobis dicto procuratori et notario infrascripto tanquam publice persone nomine vestri et omnium aliorum quorum interest legitime
stipulanti Nos semper habere ratum gratum et firmum quicquid per vos dictum procuratorem in predictis et circa ea procuratum et actum fuerit sine gesta et nunquam revocare sub bonorum nostrorum et cuiuslibet nostrum insolidum omnium ubique ypotheca Et ut predicta omnia et sin-
gula maioris robore fulciantur promittimus vobis dicte emptrici et vestris in hiis succedentibus ac etiam sponte iuramus per dominum deum et eius sancta quatuor Evangelia a nobis corporaliter tacta predictam vendicionem et omnia alia et singula supradicta rata grata
et firma semper habere tenere et servare attendereque et complere et nullatenus contrafacere vel venire aliquo iure causa vel etiam racione Hec igitur omnia et singula supradicta facimus paciscimur promittimus et iuramus in manu et posse notarii infrascripti
tanquam publice persone nomine vestri et omnium aliorum quorum interest et intererit legitime stipulantis et recipientis Actum est hoc Gerunde die vicesima nona Septembris anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Sig+num mei Fran-
cisci Riba principalis Sig+num Anthonii Sponaya fideiussoris predictorum Qui hec laudamus firmamus et iuramus die et anno ac loco predictis presentibus testibus discreto Petro Campmany scriptore Gerunde et Francisco Campoher pastore Gerunde [illegible]
Sig+na [illegible] Blanche et Margarite principalium predictarum que hec laudamus firmamus et iuramus in dicto loco de Campoderano die sexta octobris anno predicto presentibus testibus [illegible] Bernardo Carreres de Campoderano et Johanne Rog [illegible]
prochie de Cerviano Sig+num Johannis Suardell fideiussoris predicti qui hec laudo et firmo atque iuro predicte dicte die Gerunde presentibus testibus venerabili et discreto [illegible] Bernardo Guillermo Jordany sacrista monasterii sancti Martini de Costa Gerunde
et Anthonio Arnaldi scriptore Gerunde Sig+num Michaelis Rocha fideiussoris antedicti Qui hec laudo firmo et iuro Gerunde die quinta dictorum mensis et anni presentibus testibus discreto Anthonio Clementis [illegible] et Francisco Pauli scriptoribus Gerunde Sig+num Fran-
cisci Vitalis fideiussoris predicti Qui hec laudo firmo atque iuro in prochia de Matamagna die vicesima dicti mensis Octobris presentibus testibus Damiano Lepard et Johanne Stany dicte prochie de Matamagna

Sig+num Nicolai Rocha notarius publicus Regia auctoritate substitutus ab herede Jacobi de Campolongo quondam publici civitatis baiulie et vicarie Gerunde [illegible] notarii. Hoc instrumentum propositis vendendi Nicolay Rocha quondam patris mei similiter auctoritate et substi-
tucione notarii publici scribi feci et clausi. Et constat de [illegible] in linea [illegible] ubi [illegible] xxi renunciantes xxv ubi [illegible] xxv debitis [illegible] de [illegible] Et de suppositis in linea x bona xvi die
Lvi [illegible] Lxxv [illegible] et [illegible]

Sit omnibus Notum Quod Nos Blancha uxor Bartholomei Riba quondam de Campoderano prochie de Sancta Eulalia de Costa Gerunde Franciscus Riba dictorum coniugum filius ac heres universalis dicti quondam patris mei et Margarita eius uxor Ex certa sciencia confitemur et recognoscimus
vobis venerabili et religiose domine Francine Sarrayna monjali et Sacristane Monasterii sancti Danielis Gerunde licet absenti Quod solvistis nobis et nos a vobis habuimus et recepimus ad nostram voluntatem numerando omnes illas Quindecim libras monete barch(inonensis)
de terno proquibus seu quarum precio vendidimus vobis et vestris succedentibus Quindecim [illegible] solidos eiusdem monete annuales rendales et perpetuales [illegible] tamen preparacione solidorum sive terciis laudimiis et foriscapiis et alio directo dominio emendam etiam de pecunia
et bonis dicte Sacriste de illis Quindecim libris prefate monete que processerunt ex redempcione servitutis hominum et mulierum mansi Sarroma dicte prochie sancti Danielis prout hec et alia plura in publico instrumento ipsius vendicionis die presenti inposse notarii in-
frascripti confecto lacius continentur Et ideo Renunciando excepcioni pecunie non numerate non habite et non recepte et doli de predictis Quindecim libris presentem vobis facimus apocam de soluto ac bonum et perpetuum finem et pactum de ulterius non petendo
sive non agendo prout melius et utilius ad verum vestrorumque bonum et sanum intellectum potest intelligi atque dici Actum est hoc Gerunde die vicesima nona Septembris anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Sig+num mei Francisci Riba predicti
qui hec laudo et firmo predicta die presentibus testibus discreto Petro [illegible] Campmany scriptore Gerunde et Francisco Campoher pastore Gerunde Sig+na [illegible] Blanche et Margarite predictarum Que hec laudamus et firmamus in loco de Campoderano [illegible]
na octobris predicti anni presentibus testibus [illegible] Bernardo Carreres eiusdem loci et Johanne Rog Sufferio prochie de Sarriano

Sig+num Nicolai Rocha notarius publicus Regia auctoritate substitutus ab herede Jacobi de Campolongo quondam publici Civitatis baiulie et vicarie Gerunde [illegible] notarii. Hoc instrumentum propositis vendendi Nicolay Rocha quondam patris mei similiter auctoritate et substi-
tucione notarii publici scribi feci et clausi.

T. 590 X 598

(1252)

(1562)